

ipsi ita ut de sua, si rationis rei repperit fuerit, sive de  
alia canonicorum regularium congregacione canonice elegerint,  
episcopus statuatur; qui eidem ecclesie, cooperante domino,  
preesse valeat et prodesse. Decernimus etiam ut quecumque  
bona, quascumque possessiones eadem ecclesia in presenciarum  
iuste et canonice possidet aut in futurum, concessione pon-  
tificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium  
seu aliis iustis modis procurante domino, poterit adipisci,  
firma tibi tuisque successoribus et eisdem religiosis fratribus  
in perpetuum et illibata serventur. In quibus hec propriis no-  
minibus annotanda subiunximus: ecclesiam videlicet sancte  
Marie de Clancio, ecclesiam sancti Laurentii de Honcia, ec-  
clesias de Bran, ecclesiam sancte Marie de Pilia, ecclesiam  
sancte Teele, castrum quod vocatur Drappum, ecclesiam sancte  
Marie Ville Veteris, ecclesias de Olivo, ecclesiam sancte Marie  
de Portu Monacho, monasterium sancti Poncii cum ecclesiis  
ad ipsum pertinentibus, quas in Nicensi episcopatu legitimè